e-codices

tue misericordie ostendisti · Ita nobis o-
stendere digneris ubi beatissimum corpus
per quod nobis misericordiam fecisti · Se-
peliendum sit: Nos quidem tue clementie
lumen querentes : summus polliciti eum
deportantes sepulture committere : sed
nisi eadem misericordia suggerente qua
facere debeamus : penitus ignoramus ;
Et cum hoc dixissent / Idem angelus qui
ei custos fuerat etiam dum uiueret illis
apparuit dicens · Exquirite eius nati-
uitatis locum : unde fuit presul et cu-
stos dum uiueret : ut eiusdem populi sit
tutor et defensor · et intercessor apud
dominum ihesum christum : Qui eum diui-
no consilio sibi pastorem elegerunt : Illic
enim sedes et requies huic corpori : an-
teque mundus fieret a domino prepa-
rata est · Angelico sermone audito ·
Quanto tripudio et exultationis gau-
dio corpus eleuauerunt ad portandum
nemo dicere valet · horum autem qui eius
interuentu illuminati fuerant duo
precedentes et duo subsequentes corpus
deportabant · Lemanus vero precedens
recto tramite nullis tereris indiciis in-
digens sic ambulabat · Sic psallentes
et glorificantes peruenerunt ad destinatum
locum Perusine diocesis · Vnde primi-
tus dum uiueret pastor venerabilis fu-
erat In pace reconditus est · Lemanus

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 613, p. p.%20328 – Codex Gaisbergianus (http://www.e-codices.ch/en/csg/0613/p.%20328)